



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 97. Diöcesanæ Synodi Monasteriensis statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. nondum per integrum annum in hac
 A. C. 1678. Parochia commorati sunt, proclama-
tiones fiant in Parochia ultimi domi-
 cilli, quod habuerunt intra eundem
 annum.

§. XCVII.

*Diœcesanæ Synodi Monasteriensis
 statuta.*

Quamvis sæpe laudatus Bernardus de
 Gallen Monasteriensis Episcopus
 mortem sibi vicinam præsentiret, ad-
 huc tamen hoc anno die vigesima se-
 cunda Martii pro more Pastoralium
 Epistolam ad suum Clerum ac gregem
 edidit, in qua præter alia commenda-
 vit, ut Neo- communicantes satis in-
 structi separatim ab aliis ad S. Synaxin
 accedant, recitatisque ex ambone eo-
 rum nominibus publica pro illis fieret
 oratio. Defuncto autem hoc Episcopo
 ejus Successor Ferdinandus Fürstenber-
 gius Apostolici zeli hæres die undeci-
 ma Octobris pariter Synodum convo-
 cavit, in qua Pontificiæ confirmatio-
 nis suæ Bullam Clero suo intimavit,
 cunctosque ad reverentiam, obedien-
 tiam Episcopo debitam, & in prioribus
 Synodis decretorum observantiam se-
 dulo inculcavit, nihil vero a prioribus
 diversum decrevit.

§. XCVIII.